2.83

(25r)

utilitatibus a sacro Romano imperio abstraxerunt
et abstrahunt in hoc tempus pro quibus libertatibus
emolimentis et honoribus que auro solui non potest
Imperatores auari honoris inimemores paulilum utilis
perunie sustulerunt et ob tale hoc dapna confusiones
obbrobria et alia dispendia irrecuperabilia coguntur
(25v) perhenniter sustinere | O imperialis honor ubi
quondam quinquaginta milia florenorum ibi iam duo
dico calcaria O excelsa magnitudo ubi quondam
centum milia florenorum ibi iam unum stamen
panni O clementissima maiestas ubi quondam
nullo precio soluenda omagia Theutunicalibus
civitatibus feodis et vasallionatibus prebebantur
ibi iam probeneuematis cleri processu campana-
rum pulsu equitum turma mulierum obviationem
per dulcilogium theutunicorum factum cum colore
pompe. sed exiguo fructu principes mitigantur
bonaque omne comodum et principes concharia
sic theutunicorum efficacia prohdolor distrahuntur
Animadverte sapiens considera prudens quoniam
hec astuta et fraudifera gens infertilissimas
prebendas precipua beneficia uberrimas possessiones
ymmo usque in principum consilia se intrahunt
Vide quoniam huius gentis filii alienas terras
intrantes primo scriptores caupones parasiti servi
domestici pusilli vel alii servitores existunt
sic blandum. palponisant et cuilibet ficta vari-
tate obviant quod tandem posessiones ymo
quandoque filias propriorum dominorum tanquam
hereditarie consequuntur. Postremum in consu-
128v latum eliguntur. Rem publicam | sub tali exactione